Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



3. Fol. 16. - 26.

Gebri Liber Divinitatis.

"Liber Divinitatis cā primū", ita titulus. Incipit: "Universis et Singulis in hac arte divina studentibus." Finitur: "Et hoc comitto unicuique super animam "suam ne de eorum factis reddituri simus racio"nem. Et sic est finis istius libri". Librum Divinitatis inter opera Raymundi Lulli offendi quidem, sed nostrum non esse instituta docuit collatio; Gebri itaque Hispalensis /: de quo supra Cod. LIII. :/ esse, eo magis inducor, ut credam, quod capitulo secundo de se ipso dicit: "Prout ego feci Geber egre"gius qui fui Rex multarum diviciarum" etc. Nullus quidem occurrit inter opera ejus liber Divinitatis; sed opus Gebri alchymisticum plures et varias tulisse inscriptiones, ait Antonius Biblioth. arab. hisp. p. 251.

Senior. ~~S. Bernardi Lib. Divinit.~~

4. Fol. 26.

Folio 26. est tractatulus cum titulo senior, et incipit: "Nec preteriti nec presentes possunt "tingere aurum" etc. Videtur esse merum fragmentum.